



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quo tempore presbyteri plebium, canonica autoritate discordantes ad pacem, & delinquentes as poenitentiam, compellere debeant. Caput i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- ciensis Episcopi, de Pœnitentia, Decretorum Liber XIX.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic corrector vocatur, & medicus: quia correctio-
nes corporum, & animarum medicinas plenè continet, &
docet vnumquemq; sacerdotem, etiam simplicem, quomo-
do vnique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine.
pauperi, diuiti, puero, iuueni, seni, decrepito, sano, infirmo
in omni ætate, & in vtroque sexu.

*Quo tempore presbyteri plebium, canonica autorita-
te discordantes ad pacem, & delinquentes ad pœ-
nitentiam, compellere debeant. Cap. I.*

*Ex pœni-
tentiali
Romano.*

Ebdomada priori ante initium Quadra-
gesimæ, presbyteri plebium conuocent ad
se populum, & discordantes canonica au-
toritate reconcilient, & omnia iurgia le-
dent, & tunc primùm consentibus pœ-
nitentiam dent, ita vt antequam caput ieiunij veniat, om-
nes confessi pœnitentiam acceptam habeant, vt liberi
dicere possint, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris.

*Quomodo sacerdotes plebem sibi commissam tempo-
re pœnitentis admonere, & instruere, debeant.*

Caput II.

*Ex dictis
August.*

Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, vt
omnis qui se sentit mortifero peccati vulnere faucere
tum, feria quarta ante Quadragesimam cum omni festin-
tione recurrat ad viuificatricem matrem Ecclesiam: vt
quod malè commisit, cum omni humilitate, & contritione